

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Pfeiffer

**Criticam Sacram Generalem Publice Audituris, In Universitate Wittenbergensi,**

[Wittenberg]: Schmatz, [1668]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794237045>


Druck    Freier  Zugang





Ca - 345.<sup>1-8</sup>





a

# CRITICAM SACRAM GE- NERALEM

PUBLICE AUDITURIS,

IN

UNIVERSITATE WITTEN-  
BERGENSI,

OFFICIOSAM SALUTEM

DICIT

# AUGUSTUS Pfeiffer/

Lingg. SS. & Orientalium Professor Publ.

Extraord. & Facult. Philos.

Adjunctus.

---

Imprimebat DANIEL Schmaß/

Academ. Typogr.

7.

L. S. O.



D sacram Olympum subvolaturo pe-  
riti rerum arbitri duabus alis opus esse  
judicarunt, *Philologia* scilicet & *Philosophia*, iis  
non minus Theologiæ cultorem carere posse  
rati, ac aviculam alarum subsidio. Qvorum  
prudens judicium tantum abest ut pro nihilo putemus, ut  
si vel duos dixissent oculos, vix dicturos nimium censeamus.  
Et huic asserto, quantum *Philologiam* concernit, non est ne-  
cessum, ut fictos inducamus colores, cum res ipsa, nobis  
tacentibus, clamet, fontes SSæ, unde omnis Theologi  
sapiencia promanat, lingvarum originalium ignaro clausos  
esse. Saltem multò citius, certius, facilius atque felicius  
sacra oracula & intellecturum & expositurum, qvi linguis  
instructus accesserit, ac earum imperitum, nec ipse in dubium  
vocabat redivivus Carneades. Qvis quæso aures facilè  
illi substringat, qvi Græcæ literaturæ expers commenta in  
Homerum condere pararet, vel Romanæ eloquentiæ rudis  
interpretem se profiteretur illius viri, qvi secutis Latinis  
imitandi spem ademit, præeuntibus Græcis ostentandi  
gloriam. Certè, si quid judicamus, æqvè molestum & im-  
par suis humeris suscepturnus negotium est, qvi inscius  
lingvarum enarrare Textum SSæ authenticum conetur.  
Qvomodo enim ille singula SSæ verba *καὶ οὐεβέσεην*, ut  
æquum est, expendere & deinde hunc esse non alium ver-  
borum sensum pro certo aliis affirmare queat, qva sumus  
ingenii tarditate, non satis capimus. Frustrè sane implorari  
videntur versiones & commenta aliorum, qvæ qvippe legen-  
tem æqvè incertum dimittunt, num translatio respondeat  
arche-

2

archetypo & an interpres mentem Sp. S. sit assecutus. Nam  
ea ut plurimum inter versiones harmonia est, qvæ in male  
constituta Republica inter horologia deprehenditur. Qui  
ergo ex iis tantum sapit, in plurimis hæreditat anceps &  
~~Measnyūc γάινε τα κεράς σπεργάνεται~~. Ita hic sæpiissimè verum  
illud est: *Quot capita, tot sensus.* Elige cui dicas: Tu mihi  
sola places. Ut ut incideris in optimam & talem, qvæ  
Textum nunquam deserat, nullam tamen sol vidit, qvæ eum  
semper ad vivum repræsentet. In qvem sensum B. Lutherus  
Epist. ad Linkium ait: *Ebraeos Prophetas velle cogere, ut Germanicè*  
*&c. loquuntur, perinde est, ac si Philomelam quis cogeret, dulcis-*  
*sima sua melodia relictæ utrisonam cuculi vocem imitari. Profectò*  
*cui placeat uni paraphrasi insistere perpetuò & fidem suam*  
*resolvere in autoritatem unius hominis, qui fallere potest*  
*& falli, adeoque malit unius versionis mancipium, qvam*  
*omnium judex & Dominus esse, ei nimis iners sit ingenium*  
*oportet &, ut licentia Juvenalis utar, *ingvinis & capitis qvæ**  
*fint discrimina nescit.* At, inqviās, ut in explicatione SSæ &  
Theologia Exegetica rectè Lingvarum Orientalium περὶ γνῶσης  
exigatur, eam tamen tam stricte & rigorosè non urgendam  
in Theologia, qvam vocant, *Didactica*, vel *Polemica*, vel  
*Homiletica*. Sed nullum hoc est *κένο Φύγετον*. Certè σωματικῆς  
Theologica præsupponit scripturarum non proletariam lectionem & exactam intelligentiam. Nam qui è  
libro nec attentè lecto nec satis intellecto extrahere conclu-  
siones dogmatave, eademque in locos communes & certas  
materierum sedes digerere aliosq; docere contendat, idem  
fortè jungat *vulpes & mulgeat hircos*. Extant eqvidē in hoc gene-  
re non pauca excellentium Theologorum monumenta, ana-  
logiam fidei & *ταῦτα πάντα τὰ εἰδανόντα τὸν λόγον*, adeoq; ner-  
vum sacrarum literarum concinnè exhibentia, qvæ ut grato  
pectore suscipere par est, ita tamen vicissim ad confirman-  
dam fidem & tranquillandam conscientiam oportet *εἰσεντάνειν*  
& *Διακείνειν τὰς γέναφάς*, ei *ἔχοι ταῦτα διτος*; saltem ne Homerus

occinat: si dicitur quod omnes perleumantur. Alias res mediocris diligentia videtur aliorum Systemata vel expilare vel interpolare: at articulos fidei è visceribus Textus authentici ὁ Θεολογικός qvali & αναλύπτως deducere, hoc opus, hic laborest. Deinde non videmus, qvomodo bella Domini sine armis lingvarum geri queant. Principium primum è qvo omnia in Theologia deducuntur & in qvod ultimò resolvuntur, est illa propositio: *Quicquid SSA dicit, divinitus inspiratum adeoq; infallibiliter verum est.* Inde dependet tota οἰδησία κατασκευή, uti εν οἰδησίᾳ ανασκευή à propositione, qvæ è priori resultat: *Quicquid SSA est contrarium, falsum est.* Hæc est primi conflictus Panoplia. Jam uti non patinur nos v. c. à Pontificio in Dispp. Theologicis adstringi ad versionem vulgatam, ita nec ille vult oppugnari è veritate B. Lutheri. E textu proinde authenticō omnia depromenda arma sunt. Qvæ cum adversariis p̄scribam, à nobis nequeunt detrectari. Audiamus Lutherum. *Novi, inquit, in Psal. 45, quantoq; mibi contra hostes meos profuerit lingue Ebraica (& sine dubio qvoq; Græca) notitia.* Certe, pergit modesta anima, qvamvis exigua illa sit, cum omnibus tamen totius mundi gazis eam non commutarem. Denique mirum est, qvod non pauci, qvi sacris concionibus dant operam, se adminiculo lingvarum carere posse persuasi sunt, satis esse rati, si aliorum laboribus practicis utcunq; uti nō sint. Egregii sc. οἰνορόω τῷ αὐτοῖς Ερώτῃ, qvi in divina penuria & sanctissima adyta admitti non desiderant, micas aliorum legentes. Legati Dei vocari amant & Imperatoris sui lingvam ignorant; qvibusve Moses & Prophetæ sine interprete non magis intelliguntur, qvām si advena qvispiam è Calicut vel nova Zembla in oras nostras delaberetur. Debent οἴδημεν τῷ λόγῳ τῆς αἰλαθείας, cuius umbram modò & simulachra tenent. Debent aliis aperire oculos & ipsi perspicillis indigent. Debent suos ducere ad fontes Israëlis, qvos ipsi, rivulis qvippe & lacunis contenti, nunquam deli-

2

delibarunt. Debent annunciare ~~tauou~~ ~~tauw~~ ~~Balw~~ & ~~ge~~, qvi  
se posita interpretis authoritate una cum Postillis, non sciunt  
per certam scientiam, qvid velit Dominus. Luber iu eorum  
gratiam adscribere verba B. Lutheri Prefat. in Postill. Johann.  
Spangenbergii: Aber gleichwohl sind wiederumb erliche faule  
Pfarrherren und Prediger auch nicht gut / die sich auff  
solche (Postillen) und andere mehr Bücher verlassen / daß  
sie eine Predigt daraus können nehmen. Beten nicht / studi-  
ren nicht / lesen nicht / trachten nichts in die Schrift / gerade  
als müste man die Biblia darumb nicht lesen / brauchen  
solcher Bücher / wie der Formular und Calender / ihre jährige  
Nahrung zu verdienen / und sind nichts denn Psittig und  
Dohlen / die unverständlich nachreden lernen / c. Quidibus  
gemina habet B. D. D. Dorscheus Pref. P. i. Theol. Zachar. In eo,  
ait, laborant, ut brevi experiantur, an lingua sit animo expeditior,  
& an supinam ignorantiam felici loquacitate tegere possint. Nam  
ne profundius in DEI consilia & illos beatissimos sacrarum literarum  
sinus introspiciant, sancta simplicitate probiberi se perhibent. Itaq.  
nihil iis est, ut Plautino utar, confidentiloquentius, ut illo tandem  
imbuantur habitu, quem reverentur omnes. Unde semidocti cruda  
ad huc studia propellunt in templo, artificiosissimi scriniorum alieno-  
rum expilatores. Nec desunt, qvi eo die, quo sacri munera im-  
petrati desideratissimum nuncium acceperunt, nuncium miserunt iis  
curis, quas ad firmandas in divinis consiliis mentes Academia instruit.  
Scilicet magno animo hoc agunt, ut parum adferant animi in sug-  
gestum, multum soni, mera tintinnabula. Sind sent illi, qvam  
divites doctrinarum, monitionum & consolationum son-  
tes aperiat diligens meditatio unius s̄æpe voculæ primi-  
geniæ, non foderent sibi hinc inde cisternas aridesc. Sie  
demum certissimi forent verbum, qvod egressum est ex ore  
Domini, non redditum vacuum. Ne dicto putemur non  
fecisse fidem, obtestamur lectorem, ne gravetur unum vel  
alterum exemplum è Fasciculo viventium B. D. D. Jac. Wel-  
leri, Excellentis Theologi & Homiliaстæ, legere. Ea indice

)o( 3

digito

digito monstrabimus, nam exscribere hac vice non vacat.  
Vix sibi à lachyrmis temperaturum scio, qui devota mente  
expenderit emphasis vocum בְּנֵי יִקְרָא / שְׁעַשְׂעִיר Jer.  
XXXI. v. 20. Modum prætit B. Wellerus l.c. p. 17. 18. De פֶּרֶת Esa. XLIX. v. 16. conf. p. 19. & 105. De פֶּרֶת חֲבִיטָה Psal. XIII. v. 4.  
p. 227. 228. De voce יְסָמֵךְ ib. v. 6. p. 242. De radice פֶּרֶת Esa.  
LVI. p. 364. ad 367. De radice סְפִיר Psal. LVI. v. 9. p. 191. & 617.  
Lege & non pœnititbit. Conferri quoque possunt Dn. M.  
Alberti Vogtii *Delicia Sacra* & de vocibus Gracis N. T. *Patho-*  
*logia* L. Lamp. Alardi. E dictis liqvidò constare putamus,  
quantus lingvarum originalium & Philologicæ Sacrae in qua-  
cunq; Theologiæ tractatione usus sit. Veremur, si adda-  
mus plura, ne quis nobis objiciat, quod olim cuidam Her-  
culem pro rostris laudatuero Diogenes: *Quis unquam vita-*  
*peravit?* Quod si autem porrò Philologiam & Philosophiam  
in hoc passu contendere velimus, non speramus qvem-  
piam ægrè laturum, si illi primas deferamus. Licet enim  
Philosophiam in se spectatam scientiæ lingvarum nobilio-  
rem esse ultrò demus, cum illa res ipsas tradat, hæc voces  
fermè & rerum simulachra; illa propter se sit expetenda,  
hæc ad aliud ordinata; hanc tamen multò plura & magis  
necessaria ad Theologiam conferre subsidia Λευκάδιος Φωνὴ<sup>9</sup>  
contra *Calixtum* pronunciamus. Loquimur autem cum-  
primis de Philosophia reali. Logica, qvæ regulas connexioni-  
num & contradictionum etiam Theologo præscribit, non  
magis Philologicæ, qvam Philologicæ pars est & annon ma-  
jori jure ad habitus organicos aggregetur, ἐπί πάντα νέατον  
γένεσιν καταρτοῦ. Nec tamen organica illa Logices subsidia  
Philologicis faciunt paria. Ita enim comparata sunt, ut  
homo sibi relictus, modo sanum habeat synciput & incor-  
ruptum sensorium, suo marte, tanquam ζῷον naturā λόγιον,  
ad ea aspirare queat. At cum voces non φύση, sed γένος  
significant, impossibile est, ut ullus homo (etiam redivivus  
Aristoteles) utut per aliquot secula indulgeat speculatio-  
nibus

nibus, citra informationem, ullius voculae vel particulae  
 ignorare & peregrinæ sensum indaget. Jam ubi de sensu  
 vocum non constat, neq; vicqvam in partes vocantur filii  
 Logicorum. Nec disciplinarum realium, in ordine ad  
 Theologiam, amplior, qvam Philologiae, usus est. Meta-  
 physica sanè in declaratione terminorum, qvorum notitia  
 ad capiendam *sānū ὥρητά τεών* in qvæstionibus mixtis, qvas  
 vocant, facit, egregiam Theologo in conflictu constituto  
 præstat operam. Sed adminicula, qvæ Philologia suppeditat,  
 & longè plura sunt & proprium Theologiae principium pro-  
 prius attingunt. Physics, nobilissimæ aliæ scientiæ, hic  
 loci exiguum *Θεολογίαν μέρος* est, saltem non comparan-  
 dum cum divite promtuario Philologiae. Nec Ethica cum  
 Philologia in hoc passu de palma certare potest. Moyses  
 qvippe & Paulus in tradendis moribus ab Aristotele nil  
 mutuantur lucis. Geographia & Chronologia ita faculam  
 SSæ mutuant, ut sæpe mutuentur. Sed hoc ipsum argu-  
 mentum Clariss. Theologorum D. D. Calovius, Præceptor  
 & Patronus noster venerabilis, *Pref. in Isag. Theol.* prosecutus  
 est. Coeterum qvæ dicta à nobis, neutiq; vam eo allata sunt  
 animo, ac si vel studia Philosophica deprimere, vel ea, qvo-  
 rum cura nobis data est, in immensum extollere, indeq; ve  
 nescio qvam auram popularem captare vellemus. Certè  
 tantum abest, ut iudibus Philosophiae, qvæ alias satis fri-  
 gide tractatur à multis, qui ad Theologiam contendunt,  
 qvicqvam detractum eamus, vel cursum ejus sufflaminan-  
 dum putemus, ut novo celeusmate ad diligentiorem ejus  
 cultum opus esse censeamus. Eandem citra respectum ad  
 Theologiam & exegesin Biblicalam linguis multis præponi-  
 mus parasangis, & dum lingvarum cultum magis necessa-  
 rium dicimus, eo ipso Philosophiam Theologiae cultori  
 ut necessariam commendamus. Nec ulla hic infestamur  
*Φιλαντία*, qui nobiscum habitare didicimus. Qvod satis est,  
 inq; vam (cum Persio) sapio mibi, non ego curo. *Esse qvod Arcesias,*

*erumno-*

erum nos sig. Salones. Nec dum ego Theologiæ sublida contendo,  
Theologum formare intendo. Cetis vice fungor, acutum Red-  
dere quæ potis est exors licet ipsa secandi. Indignor modò & dajstca  
mou ñ re, cum eorum turbam conspicor, qui in Theologiam  
involant, priusquam sibi natæ alæ sint i. e. anteqvam com-  
parant lingvarum & artium adminicula. Qvibus horri-  
bile carmen dicit Franzius: *Qui fecus fecerit, ait, nec funda-  
menta intima fontium comparare sategerit, cum divinam vindictam  
experturum pronuncio.* Alia vobis, consecranei honoratis-  
simi, hastenus mens, aliis animus fuit. Optimè studiis  
Vestrīs consulturi lingvarum cultum junxitis artibus. Hinc,  
qvantum nobis incumbit, nihil non moliti sumus, qvò di-  
ligentiæ vestræ nunquam de esset laborandi materia. Post-  
qvam igitur denuo nobis nostrisq; Musis redonati sumus,  
in posterum publicis prælectionibus proseqvi constituimus  
**CRITICAM**, quæ circa Textum Sacrum generaliter versatur.  
Tractationis nostræ seqventia erunt capita I. De Partitioni-  
bus Codicis Sacri. II. De Linguis Originalibus. III. De Puritate  
fontium. IV. De Versionibus SSæ in genere. V. De Paraphrasibus  
Chaldaicis V. T. seu Targumim. VI. De Pentateucbo Samaritano  
Ispurio & versione Samaritana. VII. De Versionibus Syriacis, Ara-  
bicis, Persicis, Æthiopicis, Armenicis, Copticis SSæ. VIII. De Ver-  
sionibus Grecis, in specie LXX. Interpretum. IX. De Versionibus  
Latinis, in specie Vulgata. X. De Versionibus Germanicis, in specie  
B. Lutheri. XI. De Versionibus Belgicis, Dan. Angl. Gall. Ital. Hispaniæ &c.  
XII. De Masora. XIII. De Cabbala. XIV. De Commentariis  
Rabbinorum. XV. De Talmude. XVI. De Alkorano. Qæ omnia  
ita tractabimus, ne Philologi excedamus orbitas. Ratio-  
nem ordinis dabitus suis locis & cō enitemur studiosè, ut  
huic labori ante proximum Festū Pentecostes ultimam ma-  
num imponamus. Cœterum Lingvarum cultores ad hanc  
acroasis, cuius futuro die Jovis in Auditorio Minori, hora  
à meridie primâ, auspicia erunt, peramanter & officiosè in-  
vitamus. P. P. Dom. XXVI. Post Trin. A. A. D. V.  
clo Ioc LXVIII.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn794237045/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794237045/phys_0013)

DFG



R Heydtmann





remus alios, quorum labores non admittentes. Illum ex parte contigimus, neque de nte, desperamus. Eo certe animo, post acra generali haud ita pridem defuncti su dam Critices Sacra speciem, Deo duce, pro sem, dum voces peregrinas Sacro Profanas edimur. Tractationis nostrae sequentia De vocibus peregrinis V. T. puta Syriacis Gen. 31. 49. Samaritanis. E. c. נָגֵל 2. Reg. ut Esa. 56. 11. כִּיּוֹן Amos 5. 25. Persicis רְבָבָה / אַחֲשְׁוֹרֶשׁ / אַסְתָּר / דְּרוֹשׁ / נְשָׁתָן / פָּוּרָה / אַחֲשְׁתָּרָנוּם / אַחֲשְׁרָפָנוּם / אַדְרָגוּר / Egyptiacis E. c. צְפָנָת פָּעַנָּח Genes. 41. v. 45. סְמֻפְנָה / פְּסָנְתָרָן / כִּוְתָא II. De vocib N. T. puta, Ebraicis, ut ἐμαρτύλ, ἀλλη Βαδδών, χεργίαι, &c. Hierosolymitanis, ut εἰ, γολυοθά, ἐφθαθά, ἥλιθά, λαμάσαθαχθά, αἴθα, φανά, ταλιθά, εἴμι, &c. Arabicis, ut: &c. Egyptiacis, ut: ρευθά, ιανής, ιαμας non curamus. III. De controversiis. Sic disputatur & in quibusdam lis est in גָּנוּן Sopb. 3. 18. מְרִגְמָה Prov. 26. 8. & στρατεύονται Latinæ? Num / כְּרוּזָה / כְּרָתִים / חָרְטָמוֹם / כְּחָרוּם / בְּרָז / &c. &c. sint Græca? Num / צְנָחָה / כְּנָחָה / מְנָחָה / אַבְרָהָם / צְפָרְדָּע / שְׁמָנָה Candaces nomen Habessinum? An Indicum? &c. IV. De terminis insiastica Maronitarum, Jacobitarum, Coptitum, Habesinorum, &c. frequentatis, de vocibus